



Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate
Libri Septem**

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Non nisi diu expertum admittendum esse ad audiendas sacrarum
uirginum confessiones cap. vi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

temere in his, nec ledi, miraculum certe est potius quam
virtus cēendum. Quamobrem à superfluis colloquiis
& conuersationibus (ut proxime dicebam) est omnino
abstinentia: ac nihil quicquam imprudenter, ac temere
agendum ne quid ex eo scandali, aut suspicionis possit
merito, aut uerisimiliter exoriri. Sacerdotis siquidem par-
tes sunt, & in his, & in omnibus officiis omnia caute per-
agere, & confidere in domino: atq[ue] animo prompto, &
infracto, tenere mordicus propositum castitatis. Verum
si quando nos ex nostra infirmitate titillationibus carnis
contigerit impugnari, constantissime reluctandum est:
atq[ue] illa nobis comparanda perfugia, quaꝝ infra dicētur.

Non nisi diu expertum admittendum esse
ad audiendas factarum uirginum con-
fessiones. Cap. VI.

Probatisimæ ergo uitæ esse oportet quicunque
præficiendus est, ut eiusmodi uirginibus sacramé-
ta ministret: ne forte circumuertos (quisquis ille sit)
ignota dæmens fraude, succumbat, corruiatq[ue], sub eo ipso
fo falso, quo se alios exoneraturum crediderat. Pastor
enim s[ecundu]m dum errabundam ouem passim, & inconsul-
te queritat ipse quoq[ue] deuilius à recto tramite aberrat. Itis
dem & medicus plæruntq[ue] dum ferre opem egrotto stu-
det, in tialetudinem, & ipse aduersam incidit, & nescius et
imprudens eadem contagione afficitur cum infirmo.
Itaq[ue] non accedat quispiam ad id muneri, nisi multum
antea in his fuerit exercitatus, aq[ue] saluberrimis prius an-
tidotis præparatus: ut possit quum opus fuerit, & pu-
gnare uiriliter, & in peccatissimo quouis ioco absque
ullo integratatis, atq[ue] pudoris sui damno uersari: iuxta illo
lud. Prius antidotum, q[ue]uenentum. Ut de Mithridate re-
ge Ponti legimus: cui quotidie haurienti post antidota
uenenum, consuetudine factum est ei uenenum ipsum

KK iii

DE RATIONE COERCEN. LIEID.

Innoxium, Magnum ergo & præcipuum studium adhibendum est huic rei, tentandaq; diu ante animi nostri constantia, periclitadæ uires, quoad res fert, & securitas patitur: quatenus animus ipse in illis rebus exercitatus calletur: cœperit optimā decertandi & obſtendendi rationem. Nō n. prodeunt gladiatores incertamen, in puluerē, in spectaculū, in clamorem, niſi diutina prius certandi meditatione domi intra parietes occultis fuerint concertationibus affueti: atq; umbratili exercitatione uerā digladiandi per rīlam adepti. Tūtō qdem: ac glorioſe, in ea, quam quicq; norit artem, ſeſe exerctet. Nam ſicut homo pax penitus equitandi facile ab equo sternace excuti ſolet, ita qcunq; concupiſcentiæ ſuæ fræna nō didicerit adhibere, nullo ſeſe negocio impulſus ab illecebris uoluptatis, à ppoſito decidit castitatis. Habenda planè in ea re tibi colubræ ſim plicitas eſt, ne cuiq; machineris dolum: inſimulq; & ſer pentis aſtutia, ne & tu à quoq; decipiaris incautus. Par ferme uitium eſt in eo, & decipere, et falli. Ni mirū prudentia ſine ſimplicitate malitia eſt: ſimplicitas uero abſc̄p prudētia ſtoliditas mera. Simplex qdem poteris haberi, ſi nulli inſidias tetēderis: prudens uero ſi paratas tibi ab alio p uide cauteq; deluferis. Ut de beato Iob legitur, qui erat simplex, et rectus. Simplex erat quia neminē laſerat: reſtus autem quia nulius inſidiis flecti unq; poterat aduenias. Et n. quicunq; in hac procella imperturbatum illum tenorem continentiae cuſtodiens, omnibus ſanè monachis uitæ ſanctitate p̄ſtabit. Miramur eſſe quædam anj malla quæ per ignes medios ſine noxa corporis natura ptranſeant: atq; id ēt mirabilius, ut uitæ natura fragilis ſo la Dei gratia morūq; disciplina munitus p̄ hostes, p ignes & flamas ſecurus, et illæſus tranſiliat. In ſumma ergo ſicut non eſt fidēdum quicquam temere in hac re: ſic nec committendum ut ob pufilanimitatem animi, tam ubet rem merendi materiam quispam derelinquit: & ſoemid natum curā negligat, quas tueri, & docere ſicut & uitos

III XA

ex officio tenetur. Fidelis, inquit Apostolus, est Deus, & non permittet tentari quemque supra id quod potest. Quin immo si quid afflictionis ex eo fortasse contigerit, accipiet cum temptatione prouentum, & premium laboris census duplum, neque non ex ea pietate patietur dominus quemque labi, sed sic temperabit euentum, & si non pro rursus absque perturbatione carnis, saltem sine noxa, & sine lapsu persistabit. Nimirum sicut tres pueri in accensa fornace Caldeorum positi, neque consumpti, neque combusi sunt, immo excusis superno rore flammis, multo clariores eo experimento fuere: sic & uobis, quum opus fuerit ex officio uestro temptationum subire fornacem, nihil uerendum est: in omnibus (ut diximus) bene preparato pectore, idque pie agatis: flamma quidem in rorem, & incendium ipsum in refrigerium commutabitur. Nec multum moueras minime & humana tentatio in uestris sensibus perseveret, quando nec ad illorum quidem puerorum preces fuerit extinctus ignis, sed injectos ignis pueros uetitum est assari. Itidem neque uos, & si temptationis ardor non cesseret, ullus tamen libidinis gustus corripiet: quin etiam in media illa temptationum fornace gelido diuinæ gratiæ rore conspersos ita souebit uos Deus, ut nulla interim flama libidinis urat, nec ullus infamia fumus denigret. Quam ob rem uobis bene preparatis absque conctatione prudenter cum Dei gratia gerenda res est: quando non aliter mens illius, aut regi Christiana res publica, aut dilectione nostra erga dominum apertius demonstrari possit, quam quum proximi procuramus salutem: dicente domino apostolorum principi Petro. Simon si me diligis, pasce oves meas.

De improbis desideriis, & lasciuis cogitationibus reprimendis. Cap. VII.

Sed continere se a mulieribus, ac uitare eas, & cōstutes tudenē, satis nō erit, ad hoc ut merito quis uel esse uel dici & castus & pudicus possit, sed oportet etiā ut

KK iii